





Cr. 14. num. 8.

1768, 8

DISQUISITIO PRIMA  
DE  
GENVINO FONTE  
DISTINCTIONIS INTER  
FOETVM ANIMATVM ET INANIMATVM  
IN NEMESI CAROLINA ART. CXXXI.  
ADHIBITAE

P. 446

EXERCITIIS DISPUTANDI

PRAEMISSA

A

CAROL. FRIDER. WALCHIO D.

PANDECT. PROF. PVBL. ORD. CVR. PROVINCIAL.  
ET SCABINOR. COLLEGII ADSESSORE, ORD. IVRIS-  
CONSULT. H. T. DECANO.

I E N A E  
LITTERIS STRAVSSIIS.

MDCCLXVIII.



DISCIPLINA  
DE  
GEMINIS FORTI  
DISTINCTIONIS INTER  
GEMINIS ANIMATE ET INANIMATE  
IN SEMPER CAROLINA ART. CXXI  
ANNO 1788

EXERCITII DISCIPLINA

BYLWISSA

CAROL. FRIDER. WALCHIO D.  
PHYSICAE THEOR. PART. I. C. 1. PROLEGOM.  
PHYSICAE THEOR. PART. I. C. 2. DE AERE  
CONSULT. H. A. BRUNNEN

I. E. H. A. E.

PHYSICAE THEOR. PART. I. C. 2. DE AERE

CONSULT. H. A. BRUNNEN





**S**TATVIT imperator CAROLVS V. in satis illa  
nota lege, eius sub auspiciis de criminibus la-  
ta, distinguendum esse, procurato abortu, in-  
ter foetum animatum ac inanimatum: *So ie-  
mand einem Weibsbild durch Bezwang, Essen; oder Trin-  
cken ein lebendig Kind abtreibet: wer auch ein Mann; oder  
Weib vnfruchtbar macht, so solch Vbel fursezlicher vnd  
bosshafter Weise beschicht, soll der Mann mit dem Schwerd,  
als ein Todschlaeger vnd die Frau, so sie es auch an ihr selbst  
zbaete, ertraenckt, oder sonst zum Tod gestraft werden. So  
aber ein Kind, das noch nicht lebendig waere, von einem  
Weibsb-*



Weibsbild getrieben wurde, sollen die Vrtheiler der Straff halber bey den Rechtsverstaendigen, als sonst wie zu End dieser Ordnung gemeldet, Rathspfege<sup>1)</sup>, ac per id iurisconsultis aequae ac medicis iam dudum opportunam praebuit occasionem, hoc de discrimine disputandi. Monstrarunt utrique, quantum hac in re lapsus sit imperator, atque ea protulerunt, quae e trivio non sunt hausta; sed subtiliter ac docte excogitata. Acta itaque agerem, si in praesenti doctissimorum horum virorum<sup>2)</sup> cohorti adgregare me vellem atque iis opem ferre in eripiendo errore, in quem raptum esse constat imperatorem. Supersedeo potius hac re merito et solum indagare studeo fontem, e quo opinionem hanc hausit augustus, ea ratione, ut, quum illa, quae cauta sunt in ista constitutione, deriuanda partim esse constat iure ex Romano; partim ex moribus patriis, commentationem hanc in plures distribuam sectiones. In prioribus earum solum ad ius Romanum respiciam, et in illo principia, quae hac in re adoprata sunt a legislatore, haud inueniri, monstrabo; deinde autem ad patrias quoque leges me conuertam, et quid haec ista de differentia statuam, dispiciam.

II

<sup>1)</sup> art. 133.

<sup>2)</sup> conferas: IO. HENR. BERGERVM, *elect. iuris criminalis*, p. 112. IO. SAM. FRID. BOEHMERVM, *element. iurisprud. criminalis*, sect. 11. cap. 20. §. 233. 10.

ERN. HEEBENSTREITIVM, *antrop. forens.* p. 371. AVG. LEYSERVM, *spec. dxcviii. med.* 24. IG. PHIL. SLEVOGTIVM, *diff. de abortu len.* c111ccc, atque alios.

## II

si ante omnia in amoenissimum philosophiae antiquo-  
ris campum diuagare nobis licet, Stoicos ibi principia fouisse  
de partu deprehendimus, quae omni digna sunt attentione.  
Quemadmodum vna mente ac voce docebant, partum in  
vtero esse portionem ventris, vti satis clare testantur PLV-  
TARCHVS 3), SENECA 4) ac QVINCTILIANVS 5); ita nec ani-  
mam in vtero esse concedebant statuebantque potius, illam  
extrinsecus, effuso partu, ab anima mundi, tanquam ven-  
to insinuari. Plerique cum IO. FRANC. RAMOS 6) hoc confe-  
ctarium tanquam prioris positionis considerant; sed minime  
nobis est opus, vt, qua ratione vnum ex altero sequatur, co-  
piose comprobare studeamus. Plura effata exstant, quae  
hanc Stoicorum sententiam egregie confirmant, atque do-  
cent, ex Stoicorum opinione carnem solum parari in vtero  
matris atque corpus: illud, quamdiu in ventre lateat, anima  
carere, hancque primum immitti per ventum, quasi ab ani-  
ma mundi, a qua omnia proficiscantur 7). Quum ARISTO-  
TELES 8) embryonem animal esse crederet: idem perspiceret

A 3

PLA-

- 3) de placit. philosophor. libr. v. tom IIII. operum, p. 983. IAC.  
cap. 15, et 16. THOMASIVM de stoica mundi ex-  
4) epist. vi. ussione, p. 249. IO. FRANC. BVD-  
5) declamat. CCCCXXVIII. DEVM, analect. bistor. philosoph.  
tom. II. operum. p. 702. ed. BVR. p. 90. ac venerandum patrem, de  
MANNI. verbis. latinorum significatu ex bistor.  
6) error. Triboniani, p. 242. philosoph. tom. III. actor. societaz.  
7) conferas IVST. LIPSIUM, latinae, p. 8.  
8) lib. III. polit. cap. 9.



PLATO 9) huiusque rei documentum caperet ex eo, quod foetus in utero sese moueret ac denique FAVORINVS 10) ea esset mentis acie, ut hominem in utero fingi eumque animari, existimaret: omnibus his repugnabant Stoici et contrariam defendebant sententiam. Ut id testatum faciam, prouoco ad PLVTARCHVM 11), qui de Chrysippo hanc sententiam profert: τὸ βρέφος ἐν τῇ γαστρὶ φύσει τρέφεται νομίζει καθάπερ φυτόν, ὅταν δὲ τεχθῆ, ψυχόμενον ὑπὸ τῆ ἀέρος καὶ στομάχου, τὸ πνεῦμα μεταβάλλει καὶ γίνεσθαι ζῶον, Chrysippus censet, foetum in utero alii ut plantam. Quam autem in lucem editus est fingit factum ex aere et induratum mutare spiritum et fieri animal. Locupletissimum profecto hac de re est testimonium, quod nobis exhibet PLVTARCHVS; praeter eum vero omnes, qui Stoicorum erant aduersarii, siue essent idolorum cultores; siue religioni christianae addicti, dogma hoc ipsis obiecerunt et per id noua nobis reliquerunt documenta, Stoicos sententiam hanc fouisse. Hoc si quis cogitat, iam perspiciet, quid sibi velit LVCRETIVS 12), acerrimus Stoicorum hostis, quum canit:

*Quod si forte pietas extrinsecus insinuatam  
Permanere animam nobis per membra solet,*

atque

9) PLVTARCHVS, lib. v. de placitis philosophor. cap. 15.

10) apud GELLIUM, noct. Atticar. lib. vi. cap. I. ZACH. HERVM, lib. III. dissertat. 7. cap.

2. p. 569.

11) de repugnant. Stoicor. cap. 62.

12) lib. III. v. 698. tom. I. p. 582. edit. HAVERCAMP II.



atque alibi: 13)

*Præterea, si idem perfectio corpore nobis  
Inferri solita est animi viuata potestas,  
Tamquam gignimur et quam vitæ lumen inimus  
Haud ita conueniebat, uti cum corpore et vna  
Cum membris videatur in ipso sanguine caussa.*

His atque aliis effatis LVCRETIVS, ut bene monet IVST.  
LIPSIVS 14), Stoicorum sententiam carpit; eadem autem  
ratione illam perstringunt christiani scriptores, TERTVL-  
LIANVS 15) ac LACTANTIUS 16). Quumque accedit, Stoic-  
os ob eandem opinionem animas nomine τὸ ζῆμα,  
uenti, flatus, spiritus denotasse, uti eleganter monet EVER-  
OTTO 17), nemo profecto opinionem de foetu, supra a me  
traditam, Stoicis dubitabit tribuere.

### III

QUI tam hospes ac peregrinus est in historia iuris Ro-  
mani, ut nesciat, quanto ardore iurisconsulti antiquiores

- prin-
- |   |  |
|---|--|
| 13) libr. III. v. 681. p. 579.            | 26. IVST. LIPSIUM libr. XII.           |
| 14) loc. citat.                           | physiolog. Stoic. diss. VII. tom. III. |
| 15) de anima. cap. XXV.                   | operum, p. 981. EDM. MERIL-            |
| 16) libr. III. institut. cap. II. tom. I. | LIVN, libr. I. observat. iuris, cap.   |
| P. 238. edit. LANGLETI DU                 | 16. I. H. VAN IDSINGA, varior.         |
| FRESNOY.                                  | iuris civil. cap. 14. p. 114. CHRIST.  |
| 17) vit. Papiniani, p. 220. Plura         | HENR. ECKHARDVS, hermeneus.            |
| de hoc dogmate stoico proferant:          | iur. libr. I. cap. 5. p. 61. CASP.     |
| 10. LVD. DE LA CERDA, ad                  | VERDVIN, de iure eorum, qui in         |
| Tertullianam, de anima, cap. 25. et       | vitro sunt, p. 5. 199.                 |



principiis philosophiae Stoicae dediti fuerint, ei profecto mirum erit, quid sit, quod tam late diuagetur commentatio mea atque ad philosophos illos austeros aberret; verum enim vero illud haud metuo ab illis, qui paululum versati sunt in iure. Neminem eorum fugiet, Stoam fere omnes esse sequutos, quumque id monstratum est a doctissimis viris 18), iam ex eo, quod Stoici, dari partum animatum, negarent, concludere possumus, neque illud placere potuisse iurisconsultis.

## IV.

NEQVE vero persistere hic debemus; sed ex ipsorum iurisconsultorum libris clara atque euidencia adferre possumus testimonia, secundum eorum sententiam partum in utero nunquam anima fuisse praeditum, eamque ob rem nec locum habere diuisionem partuum in animatos atque inanimatos. Silentio iam praetereo, quod VLPIANVS 19) partum nondum hominem esse doceat, et, PAPINIANO 20) iudice, non recte homo ille dicatur; sed prouoco ad ea, quae partim de poena abacti partus; partim de modo, praegnantem feminam mortuam sepeliendi, in iure traduntur.

## V.

18) IO. GOTTFR. SCHAVM-  
BURGIUS, de iurisprud. veterum  
stoica, Iena, C1810CCXXXIII.  
cui multi alii sunt iungendi.

19) L. I. §. 8. D. cognati.

20) L. 9. §. I. D. ad leg. Falci-  
diam. EVERARD. OTTO, in Papi-

niano, p. 220. Aequi parati hoc lo-  
co solum hominem cum partu, pa-  
teret ex vocabulo: videtur, hic adhi-  
bito, cuius notionem inprimis  
L. 18. D. quando dies legati cedat:  
L. 7. D. de suis et legat. L. 153. de  
V. S. L. 187. de R. I. illustrant.

si primum oculos aduertamus ad poenam, qua procurationem abortus adficiendam esse censuerunt, non solum poena ipsa; verum etiam ratio eius haud obscure significant, veteres iurisconsultos hominem in vtero latere, haud statuisse. Quod pertinet ad ipsam poenam, extraordinaria illa erat; neque ea, quae homicidium sequi solebat. Non me fugit, maxime litigiosam semper fuisse quaestionem, qua ratione crimen hoc veteres Romani puniuerint, id quod vel ex iis constat, quae disputantur (IAC. CUIACIUS 21), IAC. RAEVARIVS 22), IO. FRANC. RAMOS 23), GERH. NOODTIUS 24), CORNEL. VANBYNCKERSHOECK 25) AC ZACH. HVBERS 26); tuto tamen supra memoratam *hæc* proferre possum, quum MARCIANI 27) testimonio nitor, ex quo satis aperte constat, procurationem abortus ante Seueri Antonini tempora nulla; postea vero solum extraordinaria poena coercitam fuisse: *diuus Seuerus et Antoninus rescripserunt, eam, quae data opera abegit, a praefide in temporale exilium dandam.* Quam partum huic sententiae aliae leges 28) repugnent, HVBERS 29) egregie demonstrat, et quamuis eius aduer-

## B

sarius

- 21) *libr. XVIII. obseruat. iuris. curis secundis*, p. 87.  
 22) *cap. 9 p. 643.*  
 23) *libr. III. coniectur. cap. I.*  
 24) *in error. Triboniani*, p. 258.  
 25) *in lul. Paulo, cap. vlt. et in amica respons. §. xxx. p. 87.*  
 26) *diff. de lege Rezia, cap. 2. in dissertationibus*, p. 570.  
 27) *L. 4. D. de extraord. crimina.*  
 28) *L. 8. D. ad leg. Cornel. L. 38. §. 5. D. de poenis.*  
 29) *loc. laud.*  
 30) *loc. memorat.*
- 21) *libr. XVIII. obseruat. iuris. curis secundis*, p. 87.  
 22) *cap. 9 p. 643.*  
 23) *libr. III. coniectur. cap. I.*  
 24) *in error. Triboniani*, p. 258.  
 25) *in lul. Paulo, cap. vlt. et in amica respons. §. xxx. p. 87.*  
 26) *diff. de lege Rezia, cap. 2. in dissertationibus*, p. 570.  
 27) *L. 4. D. de extraord. crimina.*  
 28) *L. 8. D. ad leg. Cornel. L. 38. §. 5. D. de poenis.*  
 29) *loc. laud.*  
 30) *loc. memorat.*



farius, CORNEL. VAN BYNCKERSHOECK 30) inter mulierem  
*nuptam ac vultiuagam* distinguat et solum de illa, quae tradidi-  
 mus, concedat; reuera tamen nobiscum consentit, quum,  
 si quoque grauiore poena adfectae fuissent mulieres nuptae;  
 eae tamen illam tamquam homicidae haud sustinuerint.  
 Neque enim ratio, cur punita sit procuratio abortus, in eo  
 est posita, quod cum illa homicidium sit coniunctum; sed  
 fiebat hoc, propterea quod *indignum videretur* 31) *eam*  
*maritum liberis fraudasse*. Conferas: IO. FRANC. RAMO-  
 SIMVM 32), CORNEL. VAN BYNCKERSHOECK 33);  
 GERH. OELRICHS 34) illisque FRANC. HOTTOMANNVM 35)  
 EDMVND. MERILLIVM 36) ac FRANC. AB AMAYA 37)  
 aduicias.

## VI.

SATIS abunde, vti spero, haec iam comprobant, foe-  
 tum vterinum ex sententia iurisconsultorum Romanorum  
 nunquam esse animatum eademque ob rem neq̄ potuisse  
 Carolum V. distinctionem partuum, quam adprobat,  
 ex illis haurire. Restat, vt illud adhuc ex iis testatum  
 faciam, quae de humanda femina praegnante in iure le-  
 gimus, et simul argumenta refutem ac diluam, quae sen-  
 tentiae

31) L. 4. D. de extraord. cognis.

32) loc. excitat.

33) curis secundis, p. 94.

34) in Ael. Martiano, libr. 1. §. 2.  
 cap. 7. p. 42.

35) libr. VII. obseruat. cap. 18.

36) libr. 1. obseruat. cap. 16.


37) libr. 111. obseruat. cap. 10.



tentiae nostrae repugnare videntur; sed differo hoc in aliud tempus et ad principem huius scriptionis partem accedo. Quum disputantium illa societas, quae meis sub auspiciis a quatuordecim abhinc annis virium suarum periculum in iure fecit ac praeclara progressionum in illo factarum exhibuit specimina, labores suos nouo hoc anno instituendos, iterum incipiet: ut id auspiciato fiat, nobilissimi ac doctissimi iuuenes, qui iam constituunt collegium, videlicet

- IO. THEOD. GVIL. DE VAERSHEIM, *Guesphal. Colleg.  
ab Epistolis*  
IO. GVILIELM. CHRISTOPHOR. LOEFFLERVS, *Saalfeld.*  
G. G. GRIESHAMMER, *Altenburg.*  
L. H. RISCHMANN, *Bipontinus.*  
S. DITERICH, *Altenburg.*  
I. C. KEIL, *Blancoburgensis.*  
C. L. PETERSEN, *Bipontinus.*  
J. H. EISENWINNER, *Saalfeldensis.*  
C. MALER, *Bada-Durlacensis.*  
A. C. KYBER, *Altenburg.*  
B. S. SCHLOTTERBECK, *Bada-Durlacensis.*  
I. I. SIEVERT, *Hamburg.*  
G. F. MÜLLER, *Altenburg.*  
I. MÜNDLER, *Vlmensis.*

nomen



nouum hunc laudis atque industriae cursum sollempni certamine ingredi decreuerunt, quo nobilissimus ac politissimus RISCHEMANNVS cum praestantissimis aduersariis, SCHLOTTERBECKIO AC SIEVERTO in arenam descendet, ac simul pro incolumitate sodalitiū huius vota pia nuncupabit. Non dubito, GENEROSISSIMOS AC DOCTISSIMOS COMMILITONES actum hunc, in auditorio meo, futuro saturni die, hor. II - III. instituendum, splendidiorem esse reddituros, quum adhuc consuetibus nostris benigne interesse voluerint, quam quidem ob rem sollempnia ista publice iudico, et, suauissimos potissimum sodales ipsorum ex frequentia documentum capturos esse nouum amicitiae ac beneuolentiae ea, qua decet, humanitate significo.

P. P. d. x. ian. c1010cclxviii.



ULB Halle  
004 526 880



3


*SB*

*K078*









Gr. 14. num. 8.

1768, 8

DISQVISITIO PRIMA  
DE  
GENVINO FONTE  
DISTINCTIONIS INTER  
FOETVM ANIMATVM ET INANIMATVM  
IN NEMESI CAROLINA ART. CXXXI.  
ADHIBITAE

*P. 446*

EXERCITIIS DISPVTANDI  
PRAEMISSA

A  
CAROL. FRIDER. WALCHIO D.  
PANDECT. PROF. PVBL. ORD. CVR. PROVINCIAL.  
ET SCABINOR. COLLEGII ADSESSORE, ORD. IVRIS-  
CONSVLT. H. T. DECANO.

I E N A E  
LITTERIS STRAVSSIIS.

MDCCLXVIII.

